



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 10. Fides Catholica in Bearnensi Principatu per Henricum IV. Franciæ  
Regem restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.  
A. C. 1608.

§. X.

*Fides Catholica in Bearnensi Principatu per Henricum IV. Francia Regem restituta.*

*Nicol. Rigault contin.*  
*Thuan. l. 1. tom. 10.*  
*Serran.*  
*Hist. Franc. pag. 854.*

Cum Protestantes in Germania Regionem Catholicam supprimere totis viribus adlaborarent, Henricus IV. Galliarum Rex avitam fidem in Regno suo præcipue in iis locis, quæ Calvinis erroribus infecta ipse ante obtentum Franciæ Scepturn possederat, revocata firmum fixumque habebat. Hanc in regnum edictum Nanneti conditum promulgari juss erat, vi cuius præceptum, ut in omnibus Provinciis, in quibus Protestantates Catholicis numero prævalent, Catholicæ fides restitueretur, facta eiusdem Templo erigendi, Sacrisque operandi facultate. Hoc favore confessim utebantur Bearnensis Principatus Catholicæ: obsistebant tamen Calvinisti, ac primo quidem disputatum est inter Regem & Provinciam de jure immunitandi normam Reipublicæ & Ecclesie. Verum uti plerumque altercationes Reges inter & subditos sinistre succedunt, ita parendum erat Henrici mandato, quod hunc Principatum Olorensi Episcopo subjecit, simulque Episcopis atque Abbatibus in Senatu Pavieni inter Ordines

dines honoratiorem locum concessit. Sæc. XVII.  
Hucusque indignationem suam simulato A. C. 1608.  
obsequio suppressim Calviniſtæ, post-  
quam vero Henricus Rex eis significabat,  
se in animo habere quosdam Jesuitas eo  
mittere, mox Regiis Deputatis declara-  
bant, quod quoscunque Ecclesiasticos re-  
cipere parati essent, exceptis tamen Je-  
suitis, cum hi, juxta usitatam Prote-  
stantium phrasin, factionis Hispanicæ  
emissarii, homines ambitiosi, Authores  
captiosæ & æquivocæ Theologiæ, ac  
denique publicæ tranquillitatis hostes  
essent. Præterea Pavienſis Senatus ad  
Regem duos allegabat, qui eundem  
monerent edicti, in cuius septimo arti-  
culo ipſemet Rex declarasset, commodi  
ſui & quietis ſubditorum fuorum non  
expedire, ut Jesuitæ ad Religionis Ca-  
tholicæ exercitationes in illo ſuo Princi-  
patu admitterentur, ac propterea die  
vigefima septima Octobris anno Domini  
millesimo quingentesimo nonagesimo  
nono ſancitum fuifet, ne Jesuitæ illic  
reciperentur, ac ipſemet Rex Episco-  
pis, aliisque ſubditis mandasset, ut hu-  
jus edicti observantiæ invigilarent: proin  
utile atque ad præcavendos tumultus &  
ſeditiones neceſſarium foret, ne Jesuitæ  
Bearniam, ubi ſummo in odio eſſent,  
revocarentur. Verum Rex urgente Epi-  
ſcopo Olorenſi, & instigantibus Jesuitis

U 3

hoc

Sæc. XVII. hoc anno die vigefima Februarii præfa.  
A. C. 1608. tum edictum tanquam irritum declarabat, statuens, *Religiosos*, qui *Jesuita* vocantur, in suum illum Principatum eodem modo, quo aliorum Ordinum Ecclesiasticos & Religiosos, esse admittendos, dummodo observarent, & se subjicerent formulis & legibus per edita & statuta sua Majestatis præscriptis, & disciplinae Ecclesiastice, quam omnes alii Religiosi & secularis observare tenentur. Enimvero ab illo tempore ibidem Religiæ Catholicae, quam Joanna Albretha Henrici IV. Mater exulare jussit, respirare cœperat, tranquillæ ac integræ possessionis gloria Ludovico XIII. Regi reservata.

### §. XI.

#### *De pace inter Albertum Archiducum & Batavos actum.*

*Merc. t. 6.  
l. 3. & l. 31.  
Gallut. de  
bello Belg.  
lib. 20.*

Prorogatis in sex hebdomadas induciis de firma pace agi cœptum est, tam Alberti Austriæ Archiducis, quam Fœderatorum Ordinum Legatis Hague Comitis convenientibus. Die igitur sexta Februarii in primo congressu utriusque partis Delegati suas proferebant mandati literas: quæ vero ab Hispano Rege & Archiducibus erant, non placuere Protestantibus, eoquod Archduces Belgii Principes nominarentur:

His